



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XIX. Constantia Ignatij susceptis Dei causa negotiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

negotium desperantem , iuidentemque prorsus deponere , per me , inquit , deponat quem minum grauat , sustinebo id solus , tametsi venundari me proprærea opus sit .

Et hic illud recurrit peculiare Ignatio magnæ animæ constans robur , in susceptis ad Dei gloriam vrgendis , contra in opiam & aduersa durans , quoad fine oprato confecta cerneret , cuius roboris triplex erat hic nerus , prior agendorum diuturna , & æqua , procul omni affectu consideratio ; alter diuturnum eorundē precando examen , & consultatio cum Deo ; tertius , alieni quoque , sed pectorum iudicij , iisdem licet iam deliberatis interpositio , vt in disturbando , de purpura Francisco Borgiæ iniicienda negotio euenit ; in quo vti diximus cum negaret se vel omnium hominum supplicatione inflectendum ad eam dignitatem in Societatem admittendam ; subdebat tamen , si placitum aliter Pontifici foret , æquè se tranquillo animo latum , vt si nunquam oppositum sensisset . Hanc eius expertus firmitatem Cardinalis Carpensis , intercessionem suam poscentibus ad eum aliò quam constituerat flectendum , consueverat respondere , clavum fixit , nihil restat sperandum ; imò etiam magnis principibus suadebat Iulius tertius vbi res à Deo commissâ Ignatio ageretur ne vellent cum eo contendere . Factum aliquando , vt quærens admitti ad quandam ex Cardinalibus horas quatuordecim solidas , placiditate summa operiretur aditum sibi dari : die quodam Aluitum , Neapolitanæ ditionis pagum profecturus , itineri dixerat , eum diem tanta vis imbrum interceptit , vt rogaretur à Polanco valitudinis eius sollicito , commodiorem expectare ; at is , anni sunt triginta ex quo casus nullius interuentu quicquam omisi vel distuli , quod in Dei obsequium suscepisse , ingratias , & ventis , & imbribus Polanco comite itineri se dedit .

Accedunt alia iam dictis documenta effusæ caritatis in communem quæstum animarum , in iis fuit multa quotidie ad Deum ardēnsque precatio multæque lachrymæ pro Christi Vicario , Ecclesiæque vniuersa ; pro conversione ethnicorum , & hereticorum ; pro Christianis principibus quorum impetiis , & exemplo tantum inest ad diuina & æterna momenta , vbi vero priuatae salutis , aut publicæ peculiaris instaret necessitas , nocturnis precibus diurnas augebat , magnam noctium partem cum Deo exigens , & suorum vota suis in subsidium addebat , vt in creatione nouorum Pontificum ; Regum inauguratione , tempestatibus in Ecclesiam , maximè ab hæresi motis , & in peccatorum infamium correctione exoranda , inter quos fuit pro quo sexagesimum iam annum confessionis sacræ pia culum auersante , preces sibi ac suis priuatas , & publicas indixit . Sunt eius etiam caritatis actuolissimæ monumenta , singularis certaininis in Lusitania extinctus furor , antiquis in eum legibus suaſu Ignatij ab Rege instauratis : reuocatae ad disciplinam veterem moniales , quas illi in Catalonia , Sicilia , & Italia Princeps Hispaniæ Philippus , Sicilia prorex , & Cardin . aliqui commendarant : Tribunalis sacri institutio promota & Cardinali-

XIX.

*Constantia
Ignatij suscep-
tua Dei cau-
sa negotii.*

XX.

*Alia eius-
dem anima-
rum studi
argumenta,
& familiaris
cum proximo
agendi ratio.*

VV bus